



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput 78.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

sal. 16.

XVII. Guntramnus Boso filias suas à Pictauo auferre volens. Dracolenus super eum irruit. multa munera à Guntramno Dracolenus offeruntur sed Dracolenus, vt erat elatus, dixit, Funiculum vnde alios ligare soleo, paratum habeo; vbi Guntramnus hodie ligatur. Cumq; fuisset praelium cœptum, Guntramnus inuocato nomine Domini & sancti Martini, leuato s conto Dracolenum maçtat in faucibus suspensum, de equo mortuum in terra proiecit. feliciter postea quod cœpit expleuit. Post hæc Pictaui, Bagassinitæ, Romani, & Andegau cum alijs multis,

sal. contra Dracolenus iactat fune in faucibus suspensumq;

sal. VVaracum

in Britannia contra VVaroco exercitum mouent. Super quos VVarocus per noctem ruens, nimiam stragem de Saxonibus Baigassinus fecit. Anno quarto Childeberti, qui fuit XVIII, Guntramni & Chilperici, Saxonius & Sagittarius Episcopi & Cabilonio in synodo ab Episcopatu degradantur. Chilpericus descriptiones grauissimas in omni populo regni sui fieri iussit. Marcus referendarius, qui hæc destructionem faciebat, secum omnes polepticos ferens Kalend. Martij à Salemodicinis interfectus est & omnes poleptici incendio sunt concremati. Dum hæc agerentur, Iustinus Imperator XVIII, anno regni sui, cum amentia quam incurrerat, vitam finiuit.

sal. Cabilono

sal. Limodicanis fort. Lemoicinis. Greg. 3. cap. 18.

Caput 78.

Iberius artipuit imperium. Sophia Augusta immemor promissionis suæ aduersus Tiberium infidias mouebat. Iustinianum nepotem Iustini Imperio voluit sublimare. Quod Tiberius cernens, apprehensam Sophiam, expoliata thesauris segregatis ab ea pueris, in custodiam iussit retrudi. Iustinianum oburgatum, tantum in posterum amore dilexit, vt filio eius filiam suam promitteret, eiusq; filium suæ filiæ expeteret. Sed non est sortita effectum. Exercitus eius Persas debellauit, victorq; regressus tanta mole prædam detulit.

tulit, vt crederetur cupiditati humanæ posse sufficere. xx. elephantum exinde adducti sunt.

Hodem tempore anno v. Childeberti regis tanta lues per vniuersam regionem facta est, vt nimirum mirum fuisset. Vniuersa flumina terminos, quos nunquam excefferant, præterierunt, de pecoribus excidio, grande ædificijs naufragium. Sed cessantibus pluuiis arbores denuo floruerunt. Erat mensis Septembris: fulgur per cælum cucurrisse visum est, sonus quasi deruentis arboris in totam terram auditus est. Burdigalis terræ motu concussa est. De Pyreneis montibus immensi lapides sunt euulsi, qui pecora & homines prostrauerunt. Vicus Burdigalensis, incendio diuinitus orto, multos exussit, subito comprehensus domos, & horrea cumannonis incendio concremantur, nullum incitamentum habens ignis, sed forsitan iussionem diuinam. Aureliana ciuitas ab hoc incendio vastata est. Apud terminum Carnotæ fracto pane sanguis fluxit. Sed hæc prodigia grauissima lues est subsecuta & discordia, regibus iterum bellum ciuile parantibus. *B*esentericus morbus totas Gallias præoccupauit. His diebus Austrechildis Guntramni Principis regina ab hoc morbo consummata est. *c* Medici apud Guntramnum accusati. iussu Guntramni medici diuersis pœnis afflictæ migrant ad cælum. Eo anno magna in Hispanijs Christianorum persecutio fuit, instigante Goesinda, quam post Anachildum regem rex Leopildus acceperat, de alia vxore duos filios habens, ex quibus vnus Ermenchildus nomine, filiam Sigoberti, nomine Sedegundem accepit vxorem.

Caput 79.
Greg. 5. cap. 33.
Aim. 3 cap. 33.

a al. Carnotenum.

b al. Berentericus dysenteriam intelligit cal. medicus Guutramni Christianos in hoc accusans iussu &c.

Quæ